L 222

Oxford and Cambridge Schools Examination Board.

C

73/100

School Certificate Examination.

4

LATIN II.

Tuesday, July 19th, 1949. 2 Hours.

A.

Translate:

X

Two Roman forces ravage the countryside, while a third under Fabius assaults the Volscian town of Anxur.

Tres igitur tribuni tripertito ad devastandos Volscorum fines discesserunt. Valerius atque Cornelius late populati sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos; Fabius ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. quattuor cohortes circummissae cum imminentem urbi collem cepissent, moenia, ubi nullum erat praesidium, ingenti clamore ac tumultu ex loco altiore invaserunt. hoc tumultu obstupefacti sunt ei qui adversus Fabium urbem infimam tuebantur, locumque dederunt ad scalas admovendas. plena hostium cuncta erant, et atrox diu caedes fugientium ac resistentium, armatorum atque inermium, fuit. oppidanorum duo milia et quingenti vivi capti sunt: Fabius a cetera praeda milites abstinuit, donec collegarum exercitus venirent; dictitabat enim ab illis quoque captum Anxur esse, quia Volscos a praesidio eius loci avertissent: qui ubi venerunt, oppidum vetus atque opulentum tres exercitus diripuerunt.

Livy.

[Turn over

B.

Translate:

A deserted heroine hopes for the safe return of her lover.

Interdum timeo ne, tu dum tendis ad Hebrum,
 mersa sit in media naufraga puppis aqua.
saepe deos oravi ut tu, scelerate, valeres,
 et cum turicremis sum venerata sacris:
saepe, videns ventos caelo pelagoque faventes,
 ipsa mihi dixi: "si valet ille, venit."
at tu tardus abes; nec te caelestia reddunt
 numina, nec nostro motus amore redis. OVID.

naufragus, wrecked; *turicremus*, incense-burning.

C.

[*Answer Questions* 1 *and* 2 *and any* **two** *others*.]

1. Give **one** English word derived from each of the following Latin words taken from Section A: *abstinuit*, *cepissent*, *praeda*, *civium*, *scalae*.

2. Scan the **first four** lines (*interdum*. . .*sacris*) of Section B, marking the quantities, feet and main caesuras.

3. Give the name of one work written by each of the following: Cicero, Horace, Ovid, Tacitus, Virgil.

4. Write a short biography (about twelve to fifteen lines) of **one** of the following: Gaius Gracchus, Sulla, Pompey the Great.

5. Summarise, in about five lines each, the legends associated with any **three** of the following: Jason, Orestes, Orpheus, Perseus, Prometheus.

6. Write out the **full** Latin of the following: S.P.Q.R.; HS.; DCC; A.U.C.; Id. Mart.

7. **Briefly** describe a Roman wedding ceremony.